

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas ... Viro Dn. M. Joachimo Füllebier, Rostochiensi, SS. Theol.
Candidato,, Marito su desideratissimo, Moestißima Vidua parat. Cives suos ...
vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225>

Druck Freier  Zugang



R h a n e , H . ,

in J. Füllebier.

Rostock. 1638.

24.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751404225/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751404225/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225/phys_0003)

DFG



RECTOR
 Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
 J. U. D. & Profess. P.
AD EXEQUIAS,

Quas

Eximio & Præstantissimo Viro

DN. M. JOACHIMO
 FÜLLEBIER,

Rostochiensi,

SS. Theol. Candidato, Marito

suo desideratissimo,

Mæstissima Vidua parat.

Cives suos in ædem D. Mariæ ad ho-
 ram meridiei primam serio & dili-
 genter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILIUS Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

HEINRICAE RH

CLOTHO

17.32



Nisi me omnia fallunt, Cives
Academiarum, aut aliqua ad-
huc temporum felicitas est,
qua dicere liceat, quae sen-
tias; quod privatus ex pa-
tria sua discessit Dn. M. JOACHIMUS
FÜLLEBIER, rarae eruditionis atque
probitatis, cetera quoque præstantissi-
mus Vir, & SS. Theologiæ Candida-
tus; CHRISTI Servatoris vaticinio de-
bet. Qui nescio quam nimis inspexit
omnium hominum mores atque urbes
vidit. *Nulus autem inquit ille, Propheta accep-
ptus est in patria.* Optandumque esset, ut
non magis facto commentaremur in
istam sententiam, quam oratione, nec
verum in nobis verbum existeret;
Dicunt ergo non faciunt. Totum vero de no-
stro FÜLLEBIERO jam diximus, mox di-
cturi quoque omnia, quantum & tem-
poris

N n 2

poris ratio & nostra conscientia sug-
gerere poterunt. Evidem quam pri-
mum adoptatus à cœlesti Patre in fi-
lium gratiæ, symbolon accepit æter-
næ salutis per Baptismum, quod ne-
cessè erat fieri, ut iste evaderet, qualis
deinceps cognitus est, tirocinijs lite-
rarum ac pietatis domi probe subactus
fuit. Neq; enim de alacritate studio-
rum ac diligentia pueriles anni nobis
commendandi sunt, qui à posteriori-
bus longe rectius probantur; neq; pa-
triam ad testimonium primò citabi-
mus, quæ reddito sibi ab exteris Aca-
demij huic civi magis Iticulentum
edere poterit. Quapropter à Jena, flo-
rentissimo omnibus artibus lyceo, re-
petemus initia. Quo loco ad maximi
nominis Theologum, D. JOHANNEM
CERHARDUM, Ecclesiæ nostræ fulcrum
ac ti-

ac tibicinem quendam divertit, ut interiorem in
domum admissus, per familiaritatem atq; usum
tanti viri quotidie doctior evaderet. Mensæ ergo se
quoq; adjangere voluit, ut quam minimū ē con-
specie esset illius, cuius dicta omnia facta q; sibi in
exemplum propositurus esset. Non est prudentius
institutum boni adolescentis, quam cum istud cō-
silium aut suscipit ultr̄o aut sequitur, Ostendit n.
rectam indolem, & quæ senum quoq; æmuletur
judicia; qui nunquam non dissidunt, & tutiora
omnia interim seellantur. Nulla autē potest com-
pendiosior ad progressus via esse, quam istos sequi-
ductores, qui longo itinerum usu jam callent, quæ
in trivijs sayia, & quæ ferentes sint, quæ rectæ, quæ
que breves semitæ. Sunt enim profecto in literis
nostris ambages, sunt multa diverticula, errores
sunt. Quibus cavendis nemo attulerit satis diligen-
tem curam, nemo rectius consilium dederit, quam
qui à suo aut aliorum exemplo, quid ex usu sit, e-
doctus est. Omnibus autem vel plerisque docto-
rum hominum contigit, ut sapere inceperint,
cum emendari incepta amplius non potuerint,
fueritque seria consultatio. Non dicam nunc de
ceteris studiorum aut totius vitæ scopulis, ad quos
facile alluditur abq; senum prudentia.
Cum Scyllæ, & Charybdes, cum vada

Nu 3

fretaq;

fretaq; imò cum Sirenes undiquaq; in cursus no-
stros vigilent, quodq; terra euntibus accidit, fatu-
orum ignium circa nos quamplurimum sit, qui-
bussive aliqua vi sive spe aut blanditiis decipimur.
Eadem autem calamitas est in Rempublicam &
cives, ex quibuscunq; etiā causis exorta sit. Hinc
enim manat, quod tantum ubiq; sit ineptorum
hominum, qui sibi vel cœlos credi velint, nun-
quam verò ipsi ad frugem atq; maturitatem acce-
serunt, nedum ut aliquid eximum arduumq; in
illis extet. Illa omnia quam studiosissime noster
vitabat. Qui cunctis, quotquot lustravit, Acade-
mias hoc præcipue egit, ut quorum cursum semel
incepisset, eodem animo perageret. Quapropter
nullibi substituit, ut Clarissimorum virorum con-
suetudinem non peteret & quam facillime etiam
demereretur; eaq; ut potiri posset, nō tam fortuna
opus habuit, quia virtus præstigit. Marpurgi igi-
tur statim in notitia esse, & amari; Lipsiam petinde
& Witebergam invisiere, non veluti transfuga aut
speculator, sed qui justa stipendia facere & me-
reri velle. Inde ad suos rediit, ut expertū se dareret.
Probatus valde, nunquam tamen non neglectus
est. Nulla nihilominus sese alacritate desituens,
Batayos petiit, omnis veræ eruditionis nomina,
atq; inde in Britanniam, celeberrimasq; ejus regni
ad

ad Academias digressus, ultimò Regiomontium
adiit, annoq; uno & ferme transacto altero, refer-
tum scientiis & multarum rerum cognitione pe-
ctus impendere co*n* in loco destinavit, cui propter
natale solum se pariter atq; omnia sua deberet. Ne-
que habet patria, quod super amore ac virtute Ci-
vis sui cōqueratur; cuius ista apud nos extant præ-
clara judicia, ut invideri prorsus debeant. Quid
erat hominis in eruditione, quid in pietate, quid in
moribus, deniq; in omni vita, quod non dignum
luculentissimo quodam præmio fuisse? Ipsum il-
lud matrimonium, quod iniit, quam maximè de-
monstrabat, quomodo niti virtute, non sanguine,
non affinitatibus voluerit. Quibus rebus corrumpimus omnia, ipsiq; corrumpimur. Et vixit ille
tanta cum animorum consensione in matrimo-
nio, ut quantum exempli editurus in publicum
fuisse, neminem latere possit. Ilsa illa moestissima
nunc vidua, nondum unius anni uxor, quam vir-
ginem tum & castissimam & honesto loco natam
elegerat, D O R O T H E A Wegners/ J O H A N N I S, viri
Integerrimi & spectatissimi, civis apud nos prima-
rii Filia, ingenti cum dolore, quantum in marito
amiserit, recordatione tam chari capit is, quotidie
accipit, & vix leniri potest. Præter expectatum
enim excessit ex hac vita, & quod minime omniū
per-

persuaderi poterat, ex hujus temporis malignitate.
Id quod ultimo constitit, cum omnia se se, quæ circa hoc malum sunt, ostenderent. Sed fuit tamen in quacunq; infirmitate pietatis ac CHRISTI sui memor, quem tot suspiriis ac precibus semper in ore gerebat, etiam cum non nihil a se alienatus esse videbatur. Magnas in illa radices egerat pietas, que non rectius se se, quæ in ista cōturbatione ostendebat. Finiit autem hanc vitam non prius, quam sibi prorsus restitueretur, integraq; cum mente diem suum, quem naturæ ac Deo debebat, XIII. hujus mensis intra septimam & octayam, animosissime obiret. Id quod fecit, superiore XVI. Martii annos natus XXXIV. Parentibus JOHANNE & BARBARA Regelmans/ civibus optimis ac probe notis. Si est apud nos Academiæ Cives, quod maxime par videtur, ista optimi Viri recordatio, velut conjugi memoria tristissimæ est; non possumus Reipubl. causa non vehementer dolere. Et cum cetera non usquequaq; ex voto meritoq; successerint, faciem⁹ quoq; neq; patria nunc denegare potest. Quem illa tumulare maluit, nos hodie comitari non desissemus. Per candorem ergo hominis, per istam eruditionem, qua præstabant, per ejus pietatem obtestor vos atq; oro, SEQ UIMINI.

V. B. P. P., 15. Julij A. C. & Iuc XXXIX.

Dicitur omnia

-724-



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751404225/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751404225/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751404225/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404225/phys_0016)

DFG

ad Academias digressus, ultimò Regi
adiit, annoq; uno & ferme transacto a
tum scientiis & multarum rerum cog
itatus impendere eo in loco destinavit,
natale solum se pariter atq; omnia sua e
que habet patria, quod super amore ac
vis sui cōqueratur; cuius ista apud nos
clara judicia, ut invideri prorsus debe
rat hominis in eruditione, quid in piet
moribus, deniq; in omni vita, quod n
i luculentissimo quodam præmio fuisse
lud matrimonium, quod iniit, quam n
i monstrabat, quomodo nitit virtute, non
non affinitatibus voluerit. Quibus rebus
pimus omnia, ipsiq; corrumptimur. E
tanta cum animorum consensione in
nio, ut quantum exempli editurus in
fuisse, neminem latere possit. Ipsa illa r
nunc vidua, nondum unius anni uxor,
ginem tum & castissimam & honesto
elegerat, D O R O T H E A Wegners/ J o h
Integerrimi & spectatissimi, civis apud u
rii Filia, ingenti cum dolore, quantum
amiserit, recordatione tam chari capitatis
accipit, & vix leniri potest. Præter ex
enim excessit ex hac vita, & quod mini



the scale towards document

922

Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Patch Reference number on UTT